d Ubitationē autē habēt etiā passiones anime vtrū sunt oēs cōes sibi ꝛ coꝛpoꝛi vl sibi ꝛ habenti coꝛpus: aut sit aliqua passionū sibi pꝛopꝛia: que neqz cōicet coꝛpoꝛi: neqz cōmunicet habenti coꝛpus. hꝫ enim necessariū est accipere ex doctrina anime ad sciendū vtrū ipsa separetur a coꝛpoꝛe vel non: sed tamē nō est leue. Ut autē melius intelligatur hꝫ quēstio sciendū: ꝙ aliud est cōicare coꝛpoꝛi in actione vel passione anime: ꝛ aliud cōmunicare ei qō cōmuni/cat coꝛpoꝛi. Cōmunicat enīz coꝛpoꝛi in actione vel passione que non expletur neqz fit nisi instrumēto coꝛporali per virtutē affixā oꝛganis. sicut ambulatio vel visus: que fiunt motu vel passione coꝛpoꝛis: ꝛ per virtutes affixas ipsis membꝛis: quoꝝ vnū motu explet operationē: alterū aūt passione: quia recipit speciē colozis. Cōicare autē ei qō cōicat coꝛpoꝛi ē ꝙ licet aliqua operatio nō fiat motu vel passione alicuius partis coꝛpoꝛis: tamē non expletur sine alia operatione que fit vel motu vel passione alicuius partis coꝛpoꝛis: sicut est in telligere sensibilia ꝛ mathematica. Quia licet intellige re nō expleatur motu vel passione alicuius mēbꝛi coꝛporalis: tamē non fit sine acceptione foꝛme sensibilis ꝛ imaginabilis per fantasiā que cōmunicat coꝛpoꝛi in hꝫ ꝙ operatio ipsius nō explet sine motu ꝛ passione mēbꝛi coꝛporalis: qō est oꝛganū fantasie. Oportet enīz foꝛmas imaginationis ꝛ fantasie fieri per motū a sensu facti in spiritu animali deferente foꝛmas huiusmodi: ꝛ recipi easdē oportet in parte cerebꝛi: que est oꝛganum fantasie virtutis: ꝛ ideo aliud esse diximus cōmunicare coꝛpoꝛi: ꝛ aliud cōmunicare ei qō cōmunicat coꝛpoꝛi in operatione. Possibile enim est ꝙ substantia incoꝛpoꝛea existens in coꝛpoꝛe vt actus coꝛpoꝛis cōmuniceꝛ coꝛpoꝛi. Et possibile vt nō cōmunicet coꝛpoꝛi: sed cōmunicanti coꝛpoꝛi. Et possibile est vt neqz isto neqz illo modo cōmunicet: sed habeat operationes que nullam ad coꝛpus habeant dependentiā: ꝛ hoc inquirere de anima est necessariū valde ad sciendū vtꝝ separata est in agendo vel nō: ꝛ est ista quēstio vna quā maxime desiderant homines scire de anima. Videt autem in pluribus suis passionibus ꝛ partib⁹ nihil omnino sine coꝛpoꝛe pati vel facere: neqz enim sine motu ꝛ passione coꝛpoꝛis iracscitur: neqz confidit neqz desiderat: neqz sentit vniuersaliter secundū oēm sensum. Ira enim est accensio sanguinis cū enapoꝛatione sellis. Confidētia autē est ex pꝛotensione spiritus ꝛ sanguinis ex coꝛde ad exteꝛioꝛa. Sentire autē sit recepta sensibili foꝛma in oꝛgano sensus: que omnia dicūt motus ꝛ passiones coꝛpoꝛeas. Sz maxime pꝛopꝛiū ꝛ separatū opus esse videtur intelligere eo ꝙ vniuersale intelligitur qō est simplex ꝛ denudatū a materia ꝛ appenditijs materie. ꝛ ideo nō est foꝛma impꝛessa alicui mēbꝛo coꝛporali cuius motu expleatur intelligere: ſz potius est simplex conceptus mentis sine hic ꝛ nunc ſz vbiqz ꝛ semper in eadē ratione manens. qō non est cōueniens alicui foꝛme coꝛporali. Si autē hoc ipsum intelligere qō est operatio possibilis intellectus quādo in actu fit est in fantasia: aut nō sine fantasia: tunc neqz hoc opꝰ vtiqz contingit esse sine coꝛpoꝛe qō mouetur vel patitur in ipsa operatione: ꝛ tunc non erit separatim conueniens anime fm se. dico autē intelligere possibilis intellectus aliquādo esse fantasiā: ꝛ aliquādo nō sine fantasia non simpliciter intelligens ꝙ intelligere vnꝝ sit fantasia: ſz qz possibilis intellectus accipit foꝛmā que est ex fantasmate: oportet ꝙ fantasie motus ad intellectū terminetur. Sunt autē quidā homines ideote nō discernētes vniuersale a particulari: sed pꝛosequunt rationez vniuersalis in particulari permixtā ꝛ illoꝝ intelligere est fantasia formalis: eo ꝙ immixtū est ei. Alij aūt distinctū accipiunt vniuersale a particulari: qō est in fantasia foꝛmali: ꝛ illoꝝ intelligere: eo ꝙ oꝛitur a fantasia: nō est sine fantasia foꝛmali. Fantasia enim duplex est: qz ꝛ ipsa virtus anime que fantasmata recipit fantasia est: dicimus ꝙ operatio intellectus possibilis est fantasia vel nō sine fantasia. taliter autē distinguendo cōmu

nicans corpori: & cōmunicans ei qō cōmunicat corpo
ri euitabiū errorē alex. qui dicebat in oib⁹ animā cō
municare corpori: & is dc. qō esse separabilē a corpore.
Nos enim ostendem⁹ in sequentib⁹ q id qō cōmuni
cat nō corpori sed ei qō est cōmunicans corpori: fm se
est separatū: neq; corrumpit nisi fz sic & simpliciter nō
vel nisi fm qd & nō simpliciter. Si q̄dē igit est ali
Tex.& cō.13. quid anime opex aut passionū proprioū vtrag; cōmu
nicatione exclusa: tunc cōtinget vtiq; animā esse sepa
ratā nunc in opatione: & aliquādo separari a corpore &
esse p se. Si vō nulla est ppria ipsius: tunc nō cōtinget
ipsam separari fm esse & substātiā: lz forte fm diffini
tionē aliquā nō coexistens corpori & in corpore intelli
gat. Erit enim tunc de aīa sicut de mathematicis q̄ nō
habent esse nisi in hac sensibili mā: & tamē accidūt eis
quedā nō in mā intellectis: sed acceptis fm se separa
tis: sicut est videre ī recto: q; linee recte multa accidūt
que nō cōueniūt ei fm q est in mā sensibili: sicut est q
spera enea tangit ipsum in puncto: q̄ tā spera enea nūq;
tanget ipsum sepatū in puncto fm actū: sed potius tan
get ipsum ꝓiunctū cū mā sensibili nō in puncto fz i sup
ficie: & tā fm intellectū acceptū rectū: & nō i mā lignea
vel cuprea: vel alia mā sensibili: nō tanget a q̄cūq; spe
ra nisi fm punctū: & sic erit de aīa. Si enim ī oib⁹ parti
bus suis: aut cōicat corpori: aut cōicat cōicantib⁹ cor
pori: tunc pōt accipi separata fm intellectū iquātū agit
opatione q̄ nō explet motu alicuius partis corporis: fz
tā fm esse & veritatē nature nūq; erit separata: q; semp
indiget vel exiget illius coopationē qō corpi cōicat: sic
spericū qō sepatū intelligit & diffinit: sed tā fm esse in
separabile est a corpe sensibili. Et nos q̄dē in sequētib⁹
oñdem⁹ q aīa humana multas hz opationes sepatas:
sed mō inducem⁹ rōnes quozūdā ꝓbantes q hz cōicā
Tex.& cō.14. tes. Uident enim aīe passiones oēs esse cū corpore
cōicātes: lz in vna sit plus q̄ in alia cōicans: q; quedā
fiunt sine motu locali partiū corporis & sine physica al
teratione: sed tā nō fiunt sine receptione forme: vel in
tentionis forme: q̄ est alteratio cōiter dicta. Cū motu
aūt & alteratione corpis fiunt desideriū: māsuetudo: ti
mor: cōfidentia. Adhuc aūt gaudiū & amare & odire.
In oib⁹. n. his mouet cor fm dyastolē vel sistolē: & cō
patit aīe corp⁹. Hoc aūt indicat diuersitas horum ī pas
sionib⁹ his. q̄dā eni ī duris & manifestis piculis passio
nū coincidētib⁹ in eos nihil ad irā ꝓuocant ꝓpter cō
plexionē frigidā & stātē in eis: & aliq; cor nō timēt ī ta
lib⁹ sicut hñtes multū sanguinē: & corda calida. Aliq̄n
aūt aliq; a paruis causis & infirmis piculor mouent &
ꝓuocant ad irā q̄n corp⁹ irascibile & ita dispositū est ac
si irascat: sicut est in colericis calida hñtib⁹ corda & san
guinē leuē q̄ facile dirigit sursuz. Adhuc aūt magis ma
nifestant h in his q timētes fiunt ex suis corpis dispo
sitionib⁹ q̄n nulla cā terroris est in passionib⁹: sic acci
dit multis viris q; sicci sunt: & frigidi pauci spiritus &
Tex.& cō.15. pauci caloris in corde. Manifestū est g̃ ex dictis q
passiones sunt rōnes q̄dā & intētiones q̄ in physica mā
sunt mota & alterata physico motu & alteratione. Sen
sus aūt & imaginatio: & cetere aīe sensitiue apprehēsio
nes nō fiūt sine receptione formaꝝ in organis corporꝝ
q̄ receptio q̄dā est alteratio: lz nō sit alteratio physica.
Et ideo hax passionū sunt tales rōnes vt si dicat: ira
sci est mot⁹ huius corpis cuius sanguis accēsus est: aut
partes hui⁹ sicut cordis qō mouet primo in ira fm si
stolē quādo ꝓturbat: & post fm dyastolē q̄n petit vin
dictā: aut potētie q̄ cōiuncta est huic corpori: aut parti
corpis & ab nocumēto illato: & ꝓp hoc malū inferēdū
in vindictā. Cū aūt oia hec in physica mā scripta sint:
physici erit cōsiderare de aīa aut omni si oīs aīa est ta
lis: aut de aīa hmōi q̄ taliū est opex & passionum.

Capitulum septimū: qualiter differenter considerat
physicus de eis q̄ hic querunt a dyalectico & mathema
tico & methaphisico & mechanico ī q̄dē digressio q̄dā.
Tex.& cō.16. Physicus autē & dyaleticus diffiniunt differen
p ter vnū quodq; istoꝝ q̄ dixim⁹ esse aīe opa &
passiones. Si enim querimus q̄d est ira uten
dentes de diffinitione q̄rere dicet dyaleticus q est ap
petitus cōtrarij doloris: aut aliquid huiusmodi diffi
niens p intentiones cōmunes formales que nō sunt ve
ra causa rei ppria: sed intentiones cōmunes inuente in
plurib⁹ & nulli pprie: & ideo diffinit p formā q̄ forma
de se cōmunis est & nō appropriat ad esse rei nisi p pro
priā materiā vniuscuiusq; rei. Physicus aūt dicet q ira
est accensus vel ascensus & calefactio sanguinis circa
cor tangens proprią causam efficientē q̄ est ascensus &
calefactio sanguinis & ppriā materiaz que est sanguis
cordis bulliens & subiectū qō est cor. Et hoꝝ quidez
alius reddit materiā ppriā. s. physicus: alius aūt reddit
speciē & intentionē forme simplicē & cōmunē que ē rei
ratio cōmunis. Dic eniz cōsiderat rationē siue intentio
nem cōmunē rei eo q nō descendit ad ppria. Ille autez
cōsiderat principia realia que dant esse rei. Necessariū
autē est q ista realia principia sint in materia huiusmo
di que determinata & ppria est si erunt & habent eē in
natura: sicut etiā domus ratio differens est assignata &
cōsiderata a dyaletico & mechanico qui naturalē imi
tatur: sicut ars imitat naturā. Dicet enim dyaleticus q
domus est operimentū siue receptaculū, phibens aeris
corruptiones: que sunt excellētia frigoris & excellētia
caloris & corruptionis ūbriū & caumatū. Mechani
cus autē dicet q lapides & ligna sic cōpaginata vel li
gata. Alius vero ab vtroq; istoꝝ est qui in his gnate
rialib⁹ determinatis prebet in diffinitione sua speciem
que est intentio domus propter finē qui dictus est: h est
vt prohibeat corruptiones. Queram⁹ igitur quis hoꝝ
diffinientiū sit physicus: vtrū ille sit physicus qui consi
derat materiā & ignorat rationē intentionis forme: aut
ille qui solū est circa rationē que est cōmunis rei inten
tio & cōceptus: aut ille qui est ex vtrisq; quoniā ex in
ducta differentia mechanici ad dyaleticū possum⁹ co
gnoscere eū qui perfectus est physicus: quoniā dixim⁹
q quidā illoꝝ quodāmodo vterq; est: q; & prebet soz
mā rei propter determinatū finē inductā: & prebet eaz
in hac determinata materia in qua habet esse fm rem.

Queramus etiā q si nos cōcesserimus q physicus
perfectus vtrūq; facit: vtrū ipse sit circa alias formas
q̄ sunt forme que sunt passiones materie determinate:
que nomine suo & diffinitione cōcernunt materiā cor
poris mobilis vt mobile: & nō separant ab ipsa per no
mē & diffinitionē siue rationē: & ipse physicus conside
rat tales inq̄tū nō separant: etiā si fm aliā aliquā ra
tionē separari possent. Uerbi gratia: quoniā physicus
est cōsiderans carnē: que nec nomine nec ratione sepa
ratur a physica materia: que est corpus trāsmutabile in
quātū est trāsmutabile: & sic in alia materia carnis & no
mē & species esse ponat erit equiuocū nomē & species
carnis fm veritatē nō est in alia: sed fm similitudinē so
lam. Cōsiderat etiā mathematicus quantitatē q̄ nō est
forma sequens trāsmutabile corpus inquātū transmu
tabile: sed potius sequens corpus inquātū est corp⁹: fz
physicus nō considerat sic quātitatē: sed potius fm qō
nō separat a trāsmutabili corpore iquātū est mutabile

quia cō

quia cōsiderat quantitatē nō fm q̄ est quātitas: sed fm
q̄ est terminus magnitudinis augmēti vel diminutio/
Tex.|t cō.17. nis. aut fm q̄ est dispositio mobilis loquit. Phisic⁹
igitur circa oia illa est quecūq; sunt phisici corporis in
quātū est sic trāsmutabile: t cōsiderat oia opera talis
materie t oēs passiones et⁹. Quecunq; aūt sunt qui/
dē in phisico corpore t nō sunt his similia: q̄ silicz sint
forme t opa t passiones ipsius phisici corpis in eo q̄
est phicū: sed potius a volūtate t arte inducūtur i phi
sica corpora illa sūt alteri⁹ qui mechanicus dicit: sicut
est mechanicus qui dicit: instructor siue architector q̄
structuras: siue etiā medicus qui circa corp⁹ humanū
facit icristeriū t embota t hmōi instrumēta. Scire. n.
cās corpis hūani phici ē ñ medici: ſz forme q̄ fz eē nō
sūt separabiles a phisicis coporibus ſz semp iueniūtur
in eis: t tamē nō sequunt corpus phisicū inquātuz phi
sicū est: eo q̄ nō sunt phisici corporis inquātuz mobile
est: sed sunt fz rationē ante ipsum: t sequūt corpus in/
q̄tū est corpus: t iō dicant esse phisici corpis ex remo
tione: q; sunt eius quod abstrahit a phisico corpore.
Omne enim phisicuz corpus est corpus: sed nō conver/
titur t ideo abstrahit corpus a phisico corpore. Que
cunq̄ igitur sequūtur ad corpus fm q̄ abstrahit a phi
sico corpore sunt ante principia phisica: t ideo de illis
erit alius philosophus qui mathematicus vocat: cui⁹
tamen oia cōsiderata sunt in phisico corpore: sed tamē
nō trahunt rationez ab ip̄o: t ideo nō concipiunt in no
minibus suis materiam sensibilez t mobilez: sed intel/
lectualem magnitudinez tantum. Et huius ratio est: q;
nihil diffinit per ea que consequūtur ipsuz fm naturaz
sed potius per ea que ipsuz fm naturā antecedunt. Et
cum oia que sunt transmutabilis corpis principia con/
sequantur fm naturam ea que sunt principia corporis
simpliciter accepti: oportet necessario q̄ nihil cor/
tione corum que sunt corpis vt est corpus. Non sunt
tamen illa separata omnino: qm̄ concipiunt in rationi/
bus suis subiectuz intellectuale quod est magnitudo
que fm naturaz antecedit corpus vt est corpus. Sicut
autem diximus q̄ corpus per naturaz antecedit phisi/
cum corpus: ita ens t substantia t huiusmodi per na/
turam antecedunt corp⁹ t magnitudinē: t sunt ista fm
se separata: t per accidens coniuncta: cū materia cor/
por⁹ que sunt quanta t mobilia: qm̄ ista fm se esse rea
liter inueniūtur ante h̄ in intelligentijs t substantijs se
paratis: t ō his ē primus philosophus fz q̄ i phemūſ
dixim⁹ libri phicor⁹. Dixim⁹ ēt multa ō his i scō phi/
cor⁹: cū certitudine āt h̄nt in prima phia determinari.

DIGRESSIO

Ubitabit aūt fortasse aliquis an verus sit qō
diximus dyaletici diffinitionē per solā formā
esse datā cum forma pars sit rei t non totius
videtur fortasse nō predicari de toto: sicut neq; dicere
possumus q̄ hō est anima: predicantur aūt ea que sunt
dyaletica de toto: nō ergo videntur esse forme simpli/
ces que p̄dicant in logicis: sed potius potētia t actus
cōiuncta videntur esse p̄cipue cuz simplex de cōposito
vere nō predicet. Adhuc aūt cū potentia t actus sint
principia cuiuslibet generis: sicut in phisicis ōclarat̄, ē
t p̄cipue principia ſbe: t logicus sumat predicata ge/
nera vel spēs: videbūtur oia illa esse cōposita ex potē
tia t actu: t nō esse solius forme t spēi, intentiones. Am
plius aūt oino diffinitio cōposita est: t nullū simplex
diffinitur: cū simplex sit vnum solū t oīs diffinitio cō/
tineat plura videbit fortе alicui ex his t similibus ve
rum non esse quod dictuz est: logicum solam formā cō
siderare t speciē. Similiter autē non videtur phisicū
cōsiderare materiā solaz: quia materia principiū cogno/
scēdi rem nō est: t pbatum est in scō phisicor⁹ phisi/
cum debere inducere omnes causas. Omnibus aūt
huiusmodi rōnibus rñdentes dicimus q̄ forma rei du
pliciter p̄t cōsiderari sicut dicit: auic. vno. n. modo cō
sideratur vt est actus rei t ps esse eius: t hoc mō non
de re predicat. Alio aūt modo vt est intētio rei abstra/
cta a re: t sic predicat: q; est intētio totius t nō ptis: to
tū enī significat sub q̄libet forma q̄ i ipso ē siue sit gñis
siue differētie siue spēi siue pprij siue accītis: t fz q̄ si
gnificat ſtās sub aliqua illaz formaz: sic abstrahit ab
ipso vle: t est illud vle intentio totius sui: t ideo pre/
dicatur de toto. Et has intētiones totius cōsiderat lo
gicus: t quedā eaz sunt accepte vt simplices: t que/
dam sicut cōposite intētio accepta a toto fm q̄ signifi
ficatur sub forma generis vt genus est: t intētio acce/
pta de toto fm q̄ significat sub forma differētie: t intē
tio accepta de toto fm q̄ significat sub forma pprij: t
intētio accepta siue abstracta de toto fm q̄ significat
sub forma accidētis simplices sunt t intētiones sunt to
tius: t ideo de toto sicut dictū est p̄dicantur. q; sicut di
ximus totū p̄t optime significari stans sub forma que
est essentialis t accidētalis: t si est essentialis p̄t esse
pars dūmodo illa forma simplr t fm totū ilsit t nō fm
partē: sicut sunt quedā accidētia que fm ptez insūt: vt
ethiops qui dicit eē albus dentē: forma aūt spēi cōpo
sita est: t q; diffinitio dicit quidditatē rei vel spēi: iō t
ipsa plura cōtinet: sed nō est cōposita ex materia t for/
ma: sed potius ex genere t differētia quoz genus ē lo
co mās: t differētia loco forme: tū illud qō est loco ma
terie nō est mā sed est forma generalis abstracta: nō a
q̄libet mā: sed a mā ppria q̄ est pportionata forme q̄ ē
differētia. Et si ppriē velimus loq̄ dicem⁹ q̄ est abstra
cta: nō a mā sed a toto fm q̄ significat totum noīe ma/
terie p̄xime: sicut si dicā significari hominē fm q̄ ē ani
matū sensibile corpus: sic enī est mā p̄xima homini: t
qō abstrahit ab eo fm q̄ sic significat est forma gene/
ris que est aīal. Sic igit̄ pz qualiter intētiones cōmu/
nes abstracte a rebus: aliquādo sunt simplices t aliqñ
sunt cōposite: t tamē semp predicant de toto: t quādo
sunt ꝓposite nō sunt ꝓposite nisi ex genere t differētia
t nō ex mā t forma: quoz genus est sicut materia: dif/
ferētia vō vt actus: t hoc mō intellligitur q̄ potentia
t actus sunt principia generū. Si aūt quis obīciat:
q̄ fm hoc si potētia est genus t potentia est principiū
generis: quo modo ergo erit principiū generis: dicem⁹
q̄ potētia simplex nō est genus: sed potētia contracta
per differētiaz: t si illa differētia est intrinseca ita q̄ fa/
ciat summū in vna ordinatione predicabiliū: tunc facit
generalissimum eo q̄ ante illud nihil est quod vniuoce
predicetur. Sz si differētia est quasi extra t ponit in p
tē p̄dicamētoz vniuocoz: tūc facit gen⁹ ſbalternū vel
spēz vbi gratia: sic si dicā: ens p̄dicat vniuoce. Si āt ad
dā differētiā q̄ nō coartat in p̄dicabilib⁹ vniuoce: sed
in his q̄ p̄dicant equoce fz analogiā vt si dicā ens p se
exīs: tūc facio gen⁹ gñalissimū vl si dicā ens in alio ñ
p se: vt mēsura entis p se: vl vt dispō entis p se. Si aūt
dicāt ens p se aīatū: tūc facio gen⁹ ſbalternū vl spēz ſb
alternā: t silr est in alijs generibus accidētiū. Dicimus
igit̄ q̄ potētia simplex nō determinata p differētiā coar
tātē analogiā entis ē prīcipiū generis: t simplex est in
tentio. Que aūt coartat in genere predicabiliū vniuo/
ce predicatoz: illa nō est in genere nisi sicut actus i po

tentia: ⁊ nō est principiū generis: nisi forte generis: qō alia consideratione est spēs. Ex his igit patet qualiter logicus solas cōsiderat formas intentionū cōmunes. Similiter aūt ex opposito phisicus nō cōsiderat māz solam: sed si cōsiderat māz illa erit huius phice forme materia: ⁊ iō materia ſm q cōcipit a forme noie ⁊ ratione erit principiū cognitiōis ⁊ nō per se: sicut ⁊ mechanicoꝝ nullus ligna ⁊ lapides cōsiderat nisi ſz q inducitur in eis forma domus: qz aliter nō esset vnꝰ materia diffiniēs: neq; aliqō principiū cognitiōis sed quia phisicus cōsiderat formas trāsmutatiōis ſm eē: ⁊ esse habēt trāsmutatiōis a phisica māz: ⁊ ab his q̄ i sunt phice materie: iō dicitur q phisicus māz cōsiderat. Cōsiderat tamē oēm causaz ſm q refert ad esse qō hz i mā qō solū est eē nature ⁊ reale. Et ꝓsiderat mouētez siue efficiētez ſm q mouet māz ⁊ formā ſm esse qō hz in mā: ⁊ finē ſz q ē terminꝰ motꝰ quo mouet mā: ⁊ māz ipsaz ſm q est subiecta forme ſm esse qō hz forma in mā. Et sic pz solutio eoꝝ que in hac q̄stiōe generabāt difficultatē. In logicis aūt de ipsis plane dictū est vel plenius. Sed nūc redeundū vnde nostra rō erat prius. Dicebamꝰ aūt prius q passiones aie nō sūt separabiles a phica mā aiatoꝝ ſm q sūt hmōi timor desideriū: quoꝝ diffinitiōes cōcernūt māz sensibilē: ⁊ nō sūt sicut linea ⁊ planū que sunt p nām ante phicū corpꝰ sic dixim⁹ eo q sequūtur magnitudinē vt magnitudo ē: ⁊ nō phicū corpus ſm q est phicū corpus. Sic ergo phice itēdētes de aia determinare: necessariū est vt simul cū his q̄ itēdim⁹ dubitem⁹ de his de qb⁹ oz dubitare bñ volētē tractare de aia. Et h est vt attēdam⁹ dili gēter opinionē prioꝝ antiquoꝝ recitātes oiuz illoꝝz sentētias: quicūq; de ipsa aliq̄d cōtulerūt: vt bñ q̄dez dicta accipiam⁹. Si vo aliq̄d ab aliquo nō bene dictū est: hoc vereamur ⁊ abnūciemus lz ⁊ hoc ipm oignū sit narratōe: qz nobis dat occasiōez ⁊ abūdare nos facē

Tex.⁊ cō.18.

Tex.⁊ cō.19.

Tractatus secūdus primi libri de aia: in quo agit ō aia ſm opiniōes alioꝝ. Caplm primū de his qui diffiniebāt animā p hoc q ipia est motiuū quoddā.

Principiū āt questionis est ſz artē demōstratōis in posteriozib⁹ analeticis determinatā q apponātur in principio ea q̄ maxīe cōuenire videnť aīe ſm seipsaz: qz ex his manifestabunť nobis ea q̄ sūt posteri⁹: ⁊ ſm aliq̄d ꝙuenētia. Aiatū aūt differt ab iaiato i hoc q hz aiaz duo operātē in ipo q̄ sūt motus ꝓcessiuus ſm locū ⁊ sensus: vegetatiua .n. a q̄busdā nō dicūtur hēre aiaz: sed partē aīe: vt in libro de plātis habebit. Aia aūt rōnalis nō videtur a q̄busda ſm eādē rōnē nomē aie pticipare cū alīs. Aiatū ergo qō pfectā hz aiaz: ⁊ q̄ vere aia ē: differt ab eo qō nō ē aiatū tali aia: in eo q est motiuū ſm locū: ⁊ in eo q est sensitiuū. Et h duo dcā ō aia a pgenitoribꝰ nostris q̄ patres nostri i philosophia fuerūt accepim⁹. Dicūt.n. q dā ⁊ maxīe q̄ tū ad cōitatē ois aie: ⁊ prio q̄dē q̄ tū ad subaliter ītē oi aie aiaz.n. eē id qō mouet ſz locū totū corpꝰ ⁊ mēbra: nō q̄dē sic nā mouet ad vnū ⁊ eodē mō sed q mouet ad plura ⁊ multis modis sicut ꝓvegetatiua ad digerere: nutrire ⁊ augere egerere ⁊ gñare: sensibilia āt ad plura q̄ patēt. Et h dixerūt q̄ existimabāt q nihil mouet aliō qō ipz in seipso nō moueat putabāt.n. nō posse aliq̄d alīq̄ dare disponē quā in seipo ñ hz: h ē q̄ nō disponit. Et iō putabāt id qō nō mouet in seipso ñ posse mouere aliq̄d alterū: ⁊ qz mouet aia corpus arbitrati sūt aiaz eē aliq̄d de numero eoꝝ q̄ mouent a seipsis. Et qz eoꝝ q̄ mouētur primi nisi cāz mālē ⁊ corpalē nō viderūt: oino nihil distiguētes de cā effi-

Tex.⁊ cō.20

ciēte formali ⁊ finali: iō ponebāt q id qō maxīe motuū est in coporib⁹ est aia. Est aūt hoc calor ⁊ ignis: ⁊ iō democritus aiam dixit esse ignē quēdā aut calorez. Cū enī iste ponat omniū principia eē athomos: que sūt infinitaꝝ figuraꝝ: sicut dixim⁹ in prio libro pygenese os: dicit illos athomos cōstituere aiam: que sunt spēi sive forme rotūde ⁊ figure. Et qz aiaz dicit esse ignē aut calorē: eo q vidit calorē nālē eē instrumētū aīe: iō dicit q ille athomi q̄ sunt rotūde cōstituūt ignē ⁊ calorē ⁊ aiam. Athomi āt ille sūt sicut oescissiones minutissime q̄ discurrūt in aere: que videtur in radiis solis: q̄ igredi untur p portas ⁊ fenestras domoꝝ. Hay enim descissio nū omne semē democritus dicit eē elemēta oiuz rerum nālium. Idē autē dixit collega democriti leucippus: ⁊ nos ipsoꝝ rōnes posuim⁹ in prio libro pygeneseos. Inter hec āt illa q̄ sunt rotūde forme ⁊ figure dicūt eē aiaz pp id q hec figura oino vel p oia: vt asserūt: pōt penetrare ꝑcipue qñ circūferētia est minima. Cui⁹ sunt due cause simul iūcte. Una q̄dē: qz id qō secūdū pūctū tāgit ſm minimū tāgit ⁊ maxīe penetrat. Circūferētia aūt sperici quocūq; vertat nō nisi secūdū pūctū tāgit: siue tāgat planū siue sphericū in eo q ē circūferētia. Figure āt alie ēt ſm pūctū q̄ ē in angulo ⁊ ſz latus pñt tāgē: ⁊ iō nō semp maxīe penetrāt. Alia āt cā tungenda isti ē q linea circularis citi⁹ obliquat q̄ aliq̄ linea recta vsus eādē ptē ꝓtracta ad quā curuat circūferētia: ⁊ iō min⁹ resistit penetratiōi: qz igit videbāt aiaz vbiq; ad eē corpori ponebāt ipaz eē rotūdū idiuisibile penetrāre p totū: ⁊ qz rotūdū ē volubile de se: eo q nō ē stat⁹ alicui⁹ sup pūctū: cū pūctus nō sit locus alicui⁹: ſz superficies ⁊ rotūdū quocūq; voluat sp ē in vno pūcto tm: ⁊ iō sui nō ē stare: ſz ppetuo mouēri: ponebāt arbitrātes aiaz eē rotūdū ppetuo mouēs seipz: ⁊ iō potēs mouere oia reliq̄: ⁊ h dixerūt sic dixim⁹ qz arbitrati sūt q aia est id qō adhibet aialibus motū localē in toto ⁊ in mēbris. Propter qō dixerūt q terminꝰ ⁊ distinctio vite ē p respirationē: qm̄ positio eoꝝ fuit sic vītas ē q oē aial hz coꝝ vl mēbrū aliud qō hz i corpe vices cordis: ⁊ h motu dyastoles ⁊ sistoles exsufflat ex se spiritū vitalē. ex motu āt ītēderet nisi esset spiritꝰ refrigerās vel interiꝰ in corpe exñs vl exteriꝰ. sic i respirātibꝰ tñ spiritū quocūq; mō in corpe hois factū dicebāt esse respirationē aiaz hmōi spiritū eē dicētes. Dicebāt.n. q nullū aliō auxiliū sit celesti vtute ad vitā p quā aia ifūdat nisi q aer q̄ ptinet corpa aiata attractꝰ in respiratione ꝓducit secū figuras sphericas p q̄s reprimit eas figuras q̄ interiora penetrāt: ne exeāt q̄ pbēt aialibꝰ motuz: sic principia sp p se mota eo q nunq̄ ꝓtingit deseē pp ipsas p seipas motas vt dictū ē. Dicūt.n q ingredientibꝰ in aialia hmōi figuris in respirādo phibēt ille q̄ igrediūtur illas q̄ fuerūt disgregari: phibēt āt h cooperātes h ē opa sua facientes aerē ꝓducētē athomos rotūdas ⁊ ꝓdesantē eas itus vt vndiq; ipleāt: ⁊ penetrēt: ⁊ moueāt. Dicūt āt vnūq̄q; aial viuē tā diu: quousq; h pt pficē. Videt āt q id qō iuenīt a pitagoricis dictū de aia eādē hēat itelligētia quo ad h q ponūt subale esse motiuū aīe: ⁊ q pp illud hz diffiniri. Et iō q̄dā pitagorici ponēteſ principia pria eē idiuisibilia ſz quātitatē: ali qñ dixerāt q aia erat athomi rotūde: sic ⁊ democrit⁹ dicebat. Et hui⁹ cā fuit: qz nō poterāt videē ꝓpōnē aliquā in reb⁹ nisi eā q̄ ē quātitatis: ⁊ cū illā in principia resoluē vellēt: putabant q diuisio staret in athomis. Alīq autem posteriores pithagorici subtilius aliquid intelligentes viderunt virtuq;: quia idem indiuisibile non poterat esse mouens ⁊ motuz: neq; poterat eē q̄n

Tex.⁊ cō.21.

Tex.⁊ cō.22.

multa

multa mouētia vnī figure rotū de haberēt quādā vnā mām cōmunē: q̄ moueret in oībus eis: ⁊ videbāt bene q̄ hoc mouēs nō fuit figura: ⁊ figura est de cōsequēti/ bus nām ⁊ eē fm rōnez lz cōcomitet fm tēpus: ⁊ ideo q̄si corrigētes dictū antiquoz patrū suoz: dixerūt q̄ il lud q̄ō est p se mouēs oēs athomos rotūdas est aia: tñ dixerūt cōueniētes cū antiqs q̄ prima mouētia mota sūt athomi: eo q̄ cōtinue mouent etiā si sit trāquillitas nimia. Huius aūt cā phīsica est: qm̄ athomi causant ex reliquijs vapoz eleuatoz ouplr: qm̄ quādo eleūatur vapores sūt quedā minima min⁹ commiscibilia ꝓpter terrestreitatē q̄ alia: ⁊ illa euadūt in aerē quādo cetere ptes vapoz eleuātur. Similiter aūt qm̄ resoluūtur vapo res: terrestria magis sicca separant ⁊ manēt in aere: ⁊ h̄ q̄ hñt in se calorē eleuātur a loco vbi eleuata sūt mo/ uētur sursū: ⁊ p nām grauis q̄ est ex terrestreitate mo/ uētur deorsū: ⁊ aliqn̄ ex motu ipso calefiūt: ⁊ tūc velo cius realcēdunt sursū: ⁊ sic hñt motus incertos in aere Jn idē autē ferūtur quo ad dicti cām oēs illi qui dicūt animā esse aliquid motiuū seipz mouēs. Oēs.n. isti cō uenūt in h̄ q̄ motiuū eē magis sit ꝓpriū ⁊ subalⁿ aie: ⁊ q̄ oia alia moueāt pp aiaz ⁊ aiaz moueri p seipaz: eo q̄ supponebāt q̄ nihil mouet p se: nisi ⁊ ipz moueat: sic nihil calefacit p se: nisi ⁊ ipz sit calidū: ⁊ iō ponebant isti oia corpa phīca eē plena aiabus mouētibⁿ ea ꝓtinue Rō aūt istoz fuit q̄ posita est in octauo phīcoz. Vide/ bāt.n. oia mota ⁊ mouētia reduci ad vnū mouēs seipz primū: ⁊ putabāt q̄ esset in mouētibⁿ: sicut in alijs cau sis formalibⁿ ⁊ efficiētibⁿ: q̄ p se ⁊ vniuoce referūtur ad effectū. Jn oibⁿ.n. illis eadē ē forma in cā ⁊ effectu fm rōnē ⁊ spēm: ⁊ iō putabāt q̄ motⁿ quē largit primū mouēs ei q̄ō mouet esset p spēz ⁊ rōnē in forma mouē tis: ⁊ iō dixerūt primū mouēs necessario moueri. Hoc aūt nō ē necessariū in his q̄ p eēntiā suā totā mouētur: qm̄ in illa eēntia nihil ꝑt eē motū. Et ē sile huⁿ ac si di cerem⁹ calorē simplicē eē calefaciētē: in ipo nihil eēt ca lidū: neq̄ disponeret p calorē: ⁊ h̄ illi discutere nesciue rūt: videbāt aūt q̄ mouēs seipsū nō ē nisi aiatū. ⁊ iō cre debāt q̄ aia esset principiū mouēs seipz: ⁊ q̄ prio pone/ bāt numeros iter pitagoricos: quēadmodū fecit plato. q̄ dixit pria ꝓtinua ⁊ solida ꝓportionibⁿ numeroz fie ri: sicut pz in secūda pte thimei: dicebāt aiaz eē numez seipm mouētez. Hec igit positio antiquoz verissimā habuit cām dicti sui: lz falsa sit in eo q̄ō dicit: sicut pate bit i sequētibⁿ. Silr aūt ⁊ anaxa. aiaz dicit p se ⁊ eēn tialiter eē mouētē oē q̄ō mouet: ⁊ cū anaxa. ꝯuenit q̄cū q̄ alⁿ dixit q̄ itelllectⁿ agēs purus ⁊ imixtⁿ oē mouet q̄ō est in nā. Hec.n. positio ē anaxa. ⁊ est subtilioz q̄ p/ babita: lz minus sit certificata p determiationē dictoz anaxa. Nō.n. dixit anaxa. aiam penitus idē eē cū itel/ lectu: sicut dixit democritus. Democritus.n. dixit idez oino ⁊ penitus eē aiam oēm quod intellectū eo q̄ ex eisdē athomis ꝓstituit. Cū enī intellectus sit virtus ap prehendēs ⁊ distinguēs vez fm q̄ vez est adequatio rei ⁊ intellectū: dixit democritus verū esse quicquid videt ⁊ sentit. Et cū idē obiectū sit eiusdē virtutis: erit fm eū eadē virtⁿ sensus ⁊ intellectus. Et iō laudat Ho merū: ⁊ verū dicit cuz dicere in heroicis: vbi dixit q̄ hector sapiēs iacet: qm̄ sicut dixit Aristoteles: in libro de ꝓblematibⁿ. Hector patiebat aliqn̄ vsq̄ ad sensus amissionē ⁊ amētiā: ⁊ tūc q̄ caruit sensu caruit etiā in/ tellectus vsu. Et hoc dixit democritus: Homerū ideo dicere: q̄ sensus ⁊ intellectus essent omnino idē. Non enīz democrⁱ⁹ vtebat intellectu tanq̄ potentia quadā que est circa veritates simplices rez abstractas a ma/ teria ⁊ materie appendicijs: sed omnino idē dicit esse aiamā ⁊ itellectū. Anaxagoras aūt minus certificat de dictis suis q̄ sit sua intēt. Multotiēs enī inuenit i dictis suis: q̄ cām veritatis ⁊ morⁱ⁹ bene ⁊ recte dicit intellectū simplicē: ⁊ alibi cōfūdit sensū dictoz suoz ⁊ dicit eē intellectū idē cuz anima sensibili: ⁊ h̄ sequit ex dicto suo vbi dicit: q̄ intellectⁿ ē in oibⁿ animali/ bus magnis ⁊ puis ⁊ honorabilibⁿ que discernūt itel/ lectū vel bonestū: ⁊ ihonorabilibus q̄ de honesto in moribⁿ nihil discernūt: ⁊ ratio fuit anaxa. q̄ vidit om/ nem multitudinē que est sub spē vna exire ex vna natu ra spēi: ⁊ oēm multitudinē que ē sub genere: exire ex vna nā generis: ⁊ ideo posuit omne mouēs per sciētiā ⁊ cognitionē exire ab vno mouēte primo p intellectuz ⁊ nō esse differētiā nisi tantū fm esse q̄ō hz in hoc ⁊ in illo: ⁊ ideo dicebat sensū in substātia idē esse cū intelle ctu: lz per eē differētē: ⁊ esse cā est admbzationis eiⁿ. Et peccabat iste: quia licet vna natura prima sit ex qua exit: tamē sunt differētie huic nature adueniētes: ⁊ ali/ as essentias cōstituētes: q̄ nos videmus q̄ intellectus qui denominat a prudētia: ⁊ informat virtutibⁿ intelle/ ctualibus non videt oībus aialibus inesse: ⁊ lz natura intellectualis ꝑticipet ab oibⁿ hoibus: tamē virtus in/ tellectiua ad actū relata: nō equaliter ab oībus ꝑticipa tur: q̄ videmus vnū multo magis eē dispositz ad in/ telligēdū q̄ aliuz. Hoc igit mō quicūq̄ antiquoruz cōsiderāt quidditatē anime per id q̄ō mouet: dicūt am maz esse aliquid quod maxime ⁊ primo ⁊ essentialius motum est: siue hoc sit athomus: siue numerus: siue in tellectus: sicut diximus.

Tex.⁊ cō.24.

Tex.⁊ cō.25.

Capitulū. ij. de opinionibus eoz qui animā per co/ gnoscitiuū diffiniēdā eē dixerunt.

Uicūq̄ aūt dixerūt animā esse diffiniendaz q penes cognoscere ⁊ sentire ea q̄ sunt: attribu/ endo cognoscitiuū eē velut magis essentiale ⁊ motiuū esse sicut potētiā que cōsequit essentiā ani/ me: isti dicūt aiam esse principia rerū naturaliū mālia vel agētia: q̄ alia principia nō viderūt: ⁊ differūt: quia alij iter eos dixerūt ista principia eē plura: ⁊ alij dixe/ rūt ea esse vnū. Empedocles.n. qui dixit sex eē princi/ pia: mālia q̄tuoz: ⁊ duo agētia: dixit animā eē ex oībus his elemētis: ⁊ aiaz eē vnūq̄q̄ istoz. Et rō q̄dē in/ ducēs istos fuit subtilis: videbāt.n. q̄ nihil est q̄ō sit po tētia omnia fieri: ⁊ nihil eoz fm actū in nā: nisi mā pri ma: ⁊ cū hāc ꝓprietatē in cognoscitiua potētia anime inuenissēt: ⁊ p̄cipue i itellectu potētiali arguebāt cogno scitiuā potētiā ⁊ intellectū potētialē eē aliquid materie prime: sicut adhuc hodie multi errātes factūt noym ⁊ mām idē arbitrātes. Cuius adhuc aliā inducūt rationē fortiorē dicētes nihil restrigere potētiā materie nisi for mam: ꝓpter quod videm⁹ mām determinatā quātitate ⁊ cōtrarietate eē pauciorz formaz capacē: q̄ sit mā de terminata quātitate tm̄. Similiter aūt materia nō deter/ minata quātitate esset ampliozis capacitatis formaz: q̄ illa que quātitate determiata est. Hoc aūt est: q̄z ex formis nō habet nisi formā primā: forma aūt prima est que cōstituit essentiā primā in ordine rez nāliū: hoc āt est itellectualitas. sicut ꝓbabit in phīa pria: hec igitur est potētia capiēs oēs formas iferiores p amplitudinē potētie mālis que est ipsa. Amplⁱ⁹ āt vna potestas na/ ture erit in omnibus in quibⁿ est p principiū vnū ⁊ idē. Sed potētia recipere formas: ⁊ actu nō habere quedā est prās nāe: q̄ est in mā ⁊ in aia: ierit ergo rōne vnius ⁊ eiusdē principij: hoc aūt principiū nō est nisi mā: er/ go opz q̄ materia prima faciat h̄ in aia. Iste rōnes ⁊

sīles q̄ adhuc detinēt mītos iduxerūt primos phos ad hoc q̄ dixerūt q̄ aīa ē ex principijs mālib⁹ nāe. Adhuc āt ipi supposuerūt q̄ cognitio nō existit aīe nisi p assi/milationē cognoscētis ⁊ cogniti: sicut ⁊ verū est. Ad/huc aūt ponebāt aliā ꝓpōnē verā q̄ nihil cognoscit ni si a principijs suis sicut ēt ꝓbat in principio phicox: q̄ in telligē ⁊ scire circa oēs scientias nō ē nisi ex principijs causis ⁊ elīs rex. Et posuerūt itex tertiū verū q̄ aīa cognoscat oīa. Et syllogizabāt q̄ cognoscēs oīa sile ē in forma cū principijs oīuz nihil āt ē sile cū principijs oī um nisi qō ē ipa principia pria vl ex ipis principijs pri/mis: igit aīa aut erit ipa principia pria: aut ex principijs primis ꝓstās: hec igit sūt q̄ iduxerūt antiquos ad dicē dū aīaz eē principia rex vl ex ipsis. Et pp paucitatē ex ercitij in studio, nō sciuerūt q̄ alia ē potētia cognitiōis ⁊ alia materie: q̄m illa q̄ ē itellect⁹ possibilis ⁊ cogno/scitiue potētie ꝓportionat vl̄i ⁊ pticulari qb⁹ pficit fz actū: potētia āt māe ꝓportionat formis fz eē qb⁹ fm actū efficit ⁊ pficit: pp qō in aīa nō ē mā vl̄ itelligētia: sed potētia in aliquo materie silis ⁊ in aliquo dissilis. Silr āt q̄m antiq̄ videbāt q̄ cognitio nō existit in aīa nisi p assimilationē cognoscētis ⁊ cogniti: si vidissent q̄ h assimilatio sit p itētiones rex: ⁊ nō p essentias earx eo q̄ itētio lapidis ē in aīa: ⁊ nō ipe lapis nō errassent. Sz nescierāt illud ⁊ posuerūt assimilationē nō posse fieri nisi fm formā eē pficiētē ⁊ dātē: ⁊ iō in errorē idu cti sūt. Sz de oib⁹ his nobis ifer⁹ erit iquirēdū. Sed ea q̄ h dicta sūt ad excusationē antiquox sūt dicta vt sciam⁹ q̄m subtiles rōnes fuerūt q̄ eos iduxerūt. Sic igit Empe. dixit aīe assimlationē fieri cū oib⁹ qz ex pri cipijs ē oīuz: ⁊ iō terra cognoscit terrā: ⁊ ether quem acrē eē voluit cognoscit ethera: ⁊ aquā aq̄ ⁊ qz spiritua liox ē ignis iō dixit h manifestū eē q̄ aīa igne cognoscit ignē: ⁊ in efficiētib⁹ principijs idē dixit: q̄m ꝓcordia co gnoscit ꝓcordiā: ⁊ discordia cognoscit discordiā. Hec igit ē opinio empe. de aīa. Eodē āt mō h ē p cādez Tex. ⁊ cō. 26. rōnē plato in thymeo aīaz dixit eē ex elīs non q̄dē ex eisdē q̄ dixit empe. sz ex alijs q̄ plato oīuz posuit elīs: habuit. n. idē iducēs qō habuit Empe. quātū ad silitu dinē itellect⁹ possibilis cū mā. Et quātū ad h qō ē co/gnitionē fieri p assimilationē cognoscētis ⁊ cogniti ⁊ q̄ nō sit cognitio rex nisi p principia rex ⁊ iō dixit co/gnosci sile sili: ⁊ res eē ex eisdē principijs ex qb⁹ sūt co gnite. Et verū in h dixit plato: sic̄ pz ex p̄dictis. Sicut āt dixit i thymeo ita ēt ōmiauit i ocīs suis ō phia pria vbi loqt ō primis rex principijs. Jbi. n. dixit q̄ ipz aīal qō ē forma sepata ⁊ ē gen⁹ ꝓnēs i se spēs aialiū exīs añ h ꝓstituit ex ipa ydea vnitatis ⁊ pria lōgitudie ⁊ la titudine ⁊ altitudine. Et alia q̄ sūt in alia coordiatiōe alteri⁹ generis ꝓstituūtur silī mō ⁊ nō suit platonis in tellect⁹ irrisoi⁹ quēadmodū multi credidērūt. Jn oib⁹ eni vnitas ē a forma ⁊ oz q̄ in quolibet genē vno suit vna forma pria fz itētionē q̄ ē gen⁹ illud. Et illa forma reduplicata de potētia in actū ꝓstituit spēs diuersas fz q̄ reduplicat ad diuersos act⁹: hāc igit formā qz sepa/tā posuit plato. vocauit ydeā qō latine sonat forma: eo q̄ oīa sequētia formant. Sepatā āt posuit eo q̄ p essen tialia sibi nō dep̄det ab aliquo posterioz. Nullo eniz aīali exīte in spē ⁊ idiuiduo adhuc remanet ſba aīata sensibilis eo q̄ nō trahit essentiā ab eis sic̄ iā dictū ē: qz āt ydea ē sbstātie corporee: iō pria principia corpoz po suit cū ydea pria eē principiū aialis: fluit āt pūct⁹ ex vni tate ⁊ linea ex binario: ⁊ superficies ex ternario ⁊ corp⁹ ex q̄ternario. Q̄m si ego accipiā primū idiuisibile in h ꝓueniet ⁊ pūct⁹ ⁊ vnitas si āt addidero oicēs primū in diuisibile hns pōnē in ꝓtinuo tūc genero pūctū: pūctū igit addit supra vnitatis rōnē. Quādocunq; āt sūt duo in genere vno: quox vnū se hz ex additiōe ad alterū: illud qō ex additōe ē principiat a simpliciori. Et hac rō ne dixit plato pūctū principiari ex vnitate. Et hac rōne discreta quātitas ē añ ꝓtinuationē: linea āt oritur a bina/rio: q̄m linea ꝓstituit in eē ex fluxu pūcti in ꝓtinuū: flu/xus āt ois vni⁹ ⁊ eisdē idiuisibilis necessario ē ab vno idiuisibili pūcto in aliud idiuisibile punctū: ⁊ sic linea duo idiuisibilia pūcta hz actu quox vtrūq; oritur ab vni tate: sicut binari⁹ ē pfect⁹ in duab⁹ vnitatib⁹: h igit rō q̄re linea orta ducat a binario: superficies āt oritur a terna/rio qz tria pūcta poni fm actū nō possūt in ꝓtinuo in li nea vna pria simplici. Dico āt lineā primā simplicē eē rectā lineā: q̄m curua ꝓpositionē hz in prib⁹ diuersis ⁊ circularis hz ꝓpōnē in formis duab⁹ q̄ sūt quexū ⁊ cō cauū sicut in phisicis ⁊ in de. ce. ⁊. m. docm̄ ē. Tria ergo pūcta posita a trib⁹ vnitatib⁹ orta: si fm actū sūt pōnē habētia ñ ꝓtinuabit ea linea vna simplex quocūq; mō ꝓtrahat. Sz primū ꝓtinuās ea ē superficies: igit superfi/ciei ꝓtinuitas primū ē in trib⁹ pūctis fm actū positis in ꝓtinuo. Si āt pūcta q̄tuor ponā: ita q̄ q̄rtū differētiā ponat a tribus opz q̄ q̄rtū ligā in ꝓfūdū ꝓtinui q̄m si ponā in latū nō faciet differētiā ad tertiū ⁊ si ponā in lōgū nō faciet differētia ad secūdū. Si āt positis q̄tuor pūctis nulla superficies vna ꝓtinuabit ea: oz igit q̄ corp⁹ cōtinuet h q̄tuor pūcta discreta a q̄tuor vnitatib⁹ exor ta. Sicut āt dictū ē q̄ vna forma ydealis est in oī vno genere sicut dixit pla. ⁊ verū dicebat q̄ ē resoluere oīa genera subalterna ad generalissimū ⁊ illa⁹ forma redu plicata p differētias format ⁊ ꝓstituit oīa alia iferiora ⁊ ꝓtingit generalissima resoluere in ens ⁊ vnū q̄ sūt oī um principia: vnū āt nihil dixit addere supra ens fm rē ⁊ iō vnitatē ydealē primā dixit eē oīuz principiū sor/male: sed magnitudinē ab vnitate p dimēsiones fluētē dixit eē principiū māle: eo q̄ physica mā est illa que tres habet indeterminatas dimensiones sicut nos osten/di/dimus in fine primi phicorum: hoc igit mō dixit pla. principiū oīum ⁊ formale ⁊ māle eē numeros: ⁊ sup/ponebat rē cognosci ex principijs suis: cognoscit ergo ex talib⁹ numeris qui sūt eēntialia rex principia ⁊ cuz aīa cognoscat oīa: oz q̄ aīa sit ex primis numeris q̄ sūt Tex. ⁊ cō. 27. eēntialia rex principia. Adhuc āt ꝓbabat hoc pla. ex ipsis hitibus pficiētib⁹ vires aie qz itellect⁹ q̄ ꝓcep tio principioꝝ ē q̄ sunt rex simplices q̄ditates stat in vno nō fluēs ex vno in aliud. Scia aūt q̄ ꝓclusionū est ⁊ effectus ē ōmōstratiōis: necessario ē duo q̄m exit ab habitudine extremox ad medū in cōceptione cō clu/sionis: ⁊ sic de pfectioc eius sūt duo quox vnū efficit ab altero: ⁊ est sicut vnitas terminata vel sicut pūctus fluēs in ꝓtinuū p directū vel discretū: ⁊ iō singulariter stat flux⁹ et⁹ in vno nō obliquat⁹ ad aliq̄d qō sit extra situ eiusdē rectitudinis. Opinio āt ē eius: sicut sit plani numerus qz numeri plani primi siue superficiei ē ternari⁹ opinio āt cū sit acceptio duplicis exit q̄dē ex vno sed nō stat singulariter in vno sz dilatat ad timorē ꝺdicto/rij cū certa rōne nō sit ꝓbata pclō. Sēsus āt firmissime corpozis est q̄m acceptiu⁹ ē corpalis forme neq; h fa/cit sensus exteriox tm: sz ēt sens⁹ iteriores q̄ pticulariū formis iformant q̄ ab idiuiduātib⁹ nō sūt sepate. Cū igit ois acceptio siue ꝓceptio aīe: aut sit vlis aut pticu laris ⁊ liquidē vlis tūc aut simplex aut pplexa: ⁊ si est cōplexa aut est certe stās in vno aut dilatata ad formi/dinē oppositi ⁊ nō possūt esse plures: opz q̄ oīa q̄ sūt in aīa sint p hec q̄tuor. Cū aūt ois cognitio sit p silitu/

dinem

dinē cognoscētis ⁊ cogniti sicut dixim⁹:opz ꝙ ipa aia silitudinē habeat ad ista ꝙtuor. Cū igit vnitas forme: ⁊ binarius: ⁊ trinarius ⁊ ꝙternari⁹ sint ipe spēs ydeales que sunt principia rex ⁊ sūt de numero elemētox pri/mo res elemētatiū opz ꝙ aia sit rō elemētalis istox nu meox eo ꝙ oēs res iudicant ⁊ cognoscūt aut itelle ctu: aut scia: aut opiniōe aut sensu sicut dictū est. Isti. n. numeri sūt forme prime ⁊ spēs ⁊ principia rex. Et pla. quidē in thymeo dicit aiaz eē ꝙsi naturā mediā inter in telligētias ⁊ nām ⁊ si sic sit media opz ꝙ sit numerus ydealis ab itelligētia quidē fm ordinē nature ꝓduct⁹ ⁊ ante naturam existens. Hec igitur dicta sint de plato nis opinionibus.

Capitulū tertiū de opinione: que ⁊ motiuo ⁊ cogno scitiuo animaz dicit esse diffiniendaz: in quo etiaz ē de opinionum collatione.

Tex.⁊ cō.28. Habitis aūt his que mouerūt antiquos ad di/
b cendū ꝙ aia diffiniēda erat per motiuū. Itē ꝙ habitis eis ex quib⁹ alīs videbat ꝙ esset diffiniēda per cognoscitiuū fuerūt quidā vtrūq; istorū cōplectētes ⁊ diffiniētes alias per vtrūq;: dicētes aiaz esse numex seipm mouētē: dicebāt aūt ipaz esse nume rum ꝓpter platonis rōnes: qz numex ponebāt esse pri cipiū oiuz rex vt ex illo potētiā cognoscitiuā oiuz ha beret: ⁊ per seipm mouentem dicebat vt ex illo move rētur corpa per rōnez superius introductā: ⁊ in hāc aie diffinitōez plurimi ꝓsenserūt antiquox stoicox qz ex ista videbat eis ꝙ aiaz probarēt īmortalē eē sicut ife/rius oñdemus: lz aūt omnes cōuenīāt in hoc ꝙ oia sūt ex principīs primis: tn̄ differūt ī duob⁹: q̄x vnū ē q̄ sint illa principia pria: ⁊ scōz quot sint numero. Maxie āt differūt in hoc ꝙ dicūt quidā ex eis principia rex esse corporea quidā aūt dicunt ea esse icorporea ⁊ miscent principia ex his: ⁊ ad h vtraq; referēda dicūt eē prin/cipia: ⁊ in multitudine principiox differūt qm̄ quidaz eox dicūt eē vnū ⁊ quidā plura his principīs q̄ ponūt tradunt aiaz eē corporeā vl icorporeā ⁊ vnū vl plura.

Tex.⁊ cō.29. Quod .n. dicūt ꝙ nā principiox est motiua nō est ir rationabile sicut nos superi⁹ oñdimus: ⁊ qz quidā pu/tabāt ꝙ primū motiuū oiuz ⁊ icorporeū est ignis: ideo dixerūt ꝙ aia est ignis quidā: hoc. n. ē subtilissimū cor/pox spēi fm ptes suas: ⁊ iter oia elemēta maxie est in/corporeⁱ ⁊ spiritualis: ⁊ mouet alia sicut videt cū ipse

Tex.⁊ cō.30. fit maxie mobilis. Sed lz democritus falsū posue/rit tn̄ dulci⁹ ceteris dixit qz expōne sua cūcta cauit qn̄ retulit ꝓpter quid est vnūquodq; opuz aie generaliuz dixit ei aiaz quidē ⁊ itellectū idē eē sicut superius di/ximus: ⁊ cū intellect⁹ sit essentia pria q̄ capacitate am/bit oēs alias: dixit ꝙ habet ex eo ꝙ athomi rotunde pria sunt principia rex ⁊ sunt motiua sicut aia eo ꝙ ha bēt figurā q̄ oīb⁹ figuris mobiliox est: ⁊ ꝓpter ptes sub tilissimas: figura aūt hec est forma rotūda: talē aūt di/cit eē itellectū ⁊ aiaz eo ꝙ velociter trāsit ab vno ī ali ud: ⁊ ignē dicit eē eiusdē spēi rotūde: ⁊ iō aiaz eē ignē

Tex.⁊ cō.31. vl ex igne. Anaxago. aūt lz meli⁹ posuerit q̄ demo critus: tn̄ nō adeo dulciter fm phiaz dixit ꝙ min⁹ certi ficauit: alicubi. n. videt q̄dē altex dicere aiaz ⁊ itelle/ctū sicut supius dixim⁹: alicubi āt videt vtriq; vti sic vna nā: ⁊ iō ⁊ itellectū posuit oiuz eē principiū maxie ⁊ solū cūdē dicit eē iter oia q̄ sunt simplicē ⁊ imixtū ⁊ purū: ⁊ nos iā oñdim⁹ q̄re dixit ipz eē principiū qm̄. s. in eo ē oiuz capacitas sicut in principio prio māli. Sim plicē aūt dixit eē eo ꝙ nō extēdit corporeitate ⁊ ꝝie/tate: imixtū āt eo ꝙ nō cōmixt⁹ est organo alicui⁹ cor/poris ꝓ suā operationē sz remanet sepat⁹ purus āt est eo ꝙ capit eēntias puras rex ⁊ nō eē ipax in mā: ⁊ māe appēdicijs: ⁊ hec positio in paucis peccat: sz nō certifi cat: qz dicit ꝙ ab eodē hz ⁊ cognoscere ⁊ mouere: eo ꝙ dicit itellectū oia mouere: ⁊ hoc eē nō pōt: qz idē eo dē mō se hñs nō pōt eē māle ⁊ efficiēs: est āt mālis ⁊ passiua potētia cognoscitiua ⁊ motiua: eox q̄ sūt effi/cies. Ex antiquis āt phis ytalicis: de quib⁹ extat ꝓ ua reminiscētia fuit melissus q̄ opinat⁹ ē aiaz ꝓ motiuū eē diffinitē dā: qz dixit magnetē hēre aiaz ꝙ quā ferrū trahit: diogenes āt sic ⁊ alteri q̄dā dixerūt aiaz eē ae/rē quēdā eo ꝙ cognitiuo ⁊ motiuo dicebāt eā diffini ri: ⁊ aerē dixerūt principiū oiuz: ⁊ ita eē principiū cogni tiōis in aia: ⁊ eundē dixerūt eē subtilissimū ⁊ ita eē in aia eūdē aerē principiū mot⁹ quo mouet aia. Eraclit⁹ āt ciuis ephesius: oiuz principiū dixit esse vaporē: ⁊ ex ipo ꝓstitui oia alia ⁊ eūdē dixit eē icorporalissimū ⁊ mobilissimū: eo ꝙ semp fluat ⁊ dixit ꝙ nihil entiū ē ꝙ nō ꝓtinue moueat: ⁊ iō cū cognitio sit ꝓ assimlationez eo ꝙ cognoscēs oia sit mobilissimū: ⁊ iō ipse ⁊ multi alī fumū cordis ⁊ vaporē dixerūt eē aiaz. Simlē aūt his cāz iducētē habuit almeō q̄ a q̄busdā thales q̄ vn⁹ de septē sapiētib⁹ fuisse credit: hic. n. lz nō diceret aiaz eē vaporē vl̄ fumū: tn̄ dixit ꝙ ē qōdā diuinū qō move tur sp mouēs seipz: ⁊ iō ēt īmortalē dixit eē aiaz: qz sit principiū mouēs primū. Si. n. oret nō moueri: tūc ēt ñ moueret sic dixerūt. Si āt primū nō mouet tūc nihil scōox mouet vl̄ mouet sic hītū ē in. viij. phicox ⁊ sic cessat mot⁹ in tota nā qō ē icōueniēs: oz igit ꝙ se sp mo ueat. Est igit īmortalis. Hec āt rō scripta ē ī phedrone platōis: ⁊ iō dixit thales aiaz ꝓpari dijs celestib⁹ īmor talib⁹: q̄ sūt itelligētie mouētes qz mouere inē aie sic in telligētijs īmortalib⁹: qz ex se mouent celestia sic ⁊ aia lia. Moueri. n. vidit oia diuina ꝓtinue ex seipis sic so lē lunā ⁊ astra ⁊ celū totū. Almeon āt talē dedit ō aia phiaz ꝓp ꝙ vidit aiaz mouere p itellectū: sic ⁊ celū mouet: ⁊ iō aiaz dixit eē principiū mot⁹ primū: ⁊ ñ pos se nō moueri ⁊ ñ mouere: sic nz pria possūt a motu ces sare: dixim⁹ āt rōnē hui⁹ in phicox libro vltio. Ma/gis āt grossī nō adeo efficaces rōnes habuerūt iducē tes eos ad ponēdū. Hispus q̄dā vulgaris philosoph⁹ dixit aiaz eē humorē aqueū: ⁊ videt sibi ꝙ hoc ꝓsuase rit a semie gnatiōis qz semē oiuz generatox ē humidū aqueū ꝙ cito recipiat mēbrox effigies: fuit āt cā dicti qz vidit vtutē formatiuā eē in humido retētā p viscosi tatē spmatis q̄ formāt mēbra oia: ⁊ hāc putauit eē hu/midi nāz in semie: ꝙ nullā cāz ꝓsideravit nisi mālē: di/xit ꝙ prio humorē formare in seipo organuz: ⁊ postea humorē semialē radicalit illis organis ibibitū eē aiam aialiū: ⁊ iō redarguit eos q̄ sanguinē dixerūt eē aiam dicēs ꝙ humor spermatis nō ē sanguis: spma āt gene/ratōis primā dicit eē aiaz: q̄ formāt oia mēbra ⁊ ifūdit sic pr⁹ dm̄ ē. Adhuc āt alī grossiorez sanguinē eē aiaz dixerūt. Illa rōne iducti dixerūt sentire magis eē ꝓpri um aie ⁊ p illō dixerūt aiaz eē diffiniēdā quēadmodū dixit Critias ⁊ cū videret corp⁹ ex angue pp frigidi/tatē obstupescē in sensu ⁊ ad reditū sanguis redire sen sū putabāt vz sensitiuā sedē hēre in sanguine: ⁊ eē san/guinē ⁊ qz sensū ⁊ aiaz dixerūt idē eē: iō dixerūt aiam eē sanguinē. Et vt breuiter dicat oia ela iudicata sūt eē aia ab aliq̄ antiquox ꝓter terrā: hāc. n. nulli retulerunt solā eē elz vl̄ aiaz nisi forte aliqs diceret eā eē ex oīb⁹ elīs aut oia ela quēadmodū empe. hui⁹ āt cā fuit: quia cū duo sint ī qb⁹ qualescit vita calor. s. ⁊ humor neutrū est in terra: ⁊ iō ēt a paucis elz eē terra ponebat sz dice batur eē sex distillās ab oīb⁹ alīs elīs ⁊ sic ex alīs eē

Tex.⁊ cō.32.

compositā. vnde etiā illi qui sanguinez animā esse dicebant primas operationes anime vegetabilis ⁊ sensibilis in sanguine vel humore esse quē loco sanguinis esse dicebant vel videbāt. Est.n. vltimū nutrimētū sanguis intra venas ex quo est cibus ⁊ augmentum ⁊ gene// ratio ⁊ in anima sensibili sensus: qm etiā spiritus animalis in quo deferūtur forme ad vires anime apprehensiuas resolutē a sanguinis humore: ⁊ iō sanguinez priorem esse dicebāt illo: ⁊ qm tam sanguis q̄ sperma operatiōes quas habēt in humido habēt: qō formatur ad mēbra corporis: siue in generatione siue post ⁊ causas formales ⁊ efficiētes videre nō poterāt iō animaz primū humidū ⁊ omniū humidoꝝ principiū eē dicebant. Animaz.n. ꝓpter potentiā que est in ea ad omnia quodāmodo materiale ⁊ primū principiū esse credebant: sicut superius dictum est.

Capitulū quartū de trib⁹ in sūma p̄ q̄ aīa ab antiqs diffiniebat: q̄ sūt motiuū: cognoscitiuū: ⁊ icorporeū.

Tex. ⁊. co..33.

